Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

est dum fabularentur et secum quererent et ipse ihc appropinquans ibat cum illis
Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent et ait ad illos Qui
sunt hi sermones quos conferitis adinuicem ambulantes et estis tristes
Et respondens unus cui nomen cleophas dixit ei Tu solus peregrinus es in
israhel et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus Quibus ille
dixit Que Et dixerunt De ihu nazareno qui fuit uir prpha potens
opere et sermone coram deo et omni pplo et quomodo tradiderunt eum summi
sacerdotes et principes nri in damnacom mortis et crucifixerunt eum
Nos autem speramus quia ipse erat redempturus israhel Et nunc
sup hec omia tertia dies est hodie quod hec facta sunt Sed et mlieres q
dam ex nris terruerunt nos que ante lucem fuerunt ad monumentum
Et non inuento corpore eius uenerunt dicentes se etiam uisionem
angelorum uidisse qui dicunt eum uiuere Et abierunt quidam ex nris
ad monumentum et ita inuenerunt sicut mlieres dixerunt ipsum uero non inu
enerunt Et ipse dixit ad eos O stulti et tardi corde ad credendum
in omnibus quae locuti sunt prphe Nonne hec oportuit pati xpm
et ita intrare in slam suam Et incipiens a moyse et omibus prphis
interpretabatur illis in omibus scripturis que de ipso erant Et appro
quauerunt castello quo ibant et ipse finxit se longius ire Et coegerunt
illum dicentes Mane nobiscum quoniam aduespperascit et inclinata est iam
dies Et intrauit cum illis Factum e dum recumbet cum illis accepit panem
benedixit ac fregit et porrigebat illis Et aperti sunt oculi eorum et cognouerunt
eum Et ipse euanuit ex oculis eorum Et dixerunt ad inuicem Nonne cor nrm
ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas Et
surgentes eadem hora reuersi sunt in israhel et inuenerunt congregatos
undecim et eos qui cum ipsis erant dicentes quia surrexit dns uere et
apparuit symoni Ipsi narrabant que gesta erant in via et quomo-